gant ſemetipſos. ꝛc. Tabula eſt adiutoriū aliquod col
latum. per quod poſſet ille q̄ eſt in periculo naufragij.
ſubleuari a periculo peccati. ⁊ hoc eſt ſacramentū. Et
cum duplex ſit peccati piculū duplex ē naufragium. du
plex ē ſacramētū liberans a duplici naufragio. ſ. a nau
fragio originalis. ⁊ hoc ē baptiſm⁹. Et q2 originale ē pri
mū. ideo baptiſmus eſt pma tabula. Et ſm naufragiū
eſt p actuale. ⁊ q2 ab hoc liberat penitētia. ideo dr̄ ſcd̄a
tabula. Et ſic patet ꝙ recte dr̄ fundamētū. ⁊ recte dr̄ ta
bula ſm diuerſas acceptōes. Et recte inq̄ntū virt⁹ di
citur fundamentū. recte inq̄ntū ſacr̄m liberās a naufra
gio dr̄ ſcd̄a tabula. ⁊ ſic patet illud argumētū. ē ſcd̄a ta
bula. q̄ ē ſecūdū ſacramētū. Patet etiā ſecūdo obiectū
33 de cōpoſſibilitate hoꝝ duoꝝ. ¶ Ad illud q̄ qd̄ obr̄ de ab
ſcōſiōe. dōm ꝙ ē abſconſio ypocriſum. ⁊ p penitentiā

verā q̄ totū remittit. Et Hieroñ. loquit̄ de abſconſiōe
ſecūda q̄ fit p reuelationē. nō de pma. ¶ Ad illud qd̄ ob 34
ijcit̄ ꝙ pnia liberat ſm ꝙ virtus. dōm ꝙ ſicut fides ſup
plet locū baptiſmi vbi q̄s nō pt baptiſari. ſic penitētia
virtus locū ſacri. attamē q2 h̄ nō habet niſi in articulo
neceſſitatis vt poſſit a naufragio liberare. ſacramentū
aūt habet de ſe. ideo rō tabule deb3 ſacro attribui nō vir
tuti. Preterea ſacramentū reſpicit liberatōnem a malo
ſiue a piculo. nō ſic virtus. Et q2 tabula ſonat i rōnem
refugij et liberatōis a malo naufragij ⁊ periculo pecca
ti. ideo magis cōpetit ſacro q̄ȝ virtuti. ⁊ ſic patet reſpō
ſio ad obiecta omnia circa partem oppoſitā. Solū hoc
diligenter attendendum eſt ꝙ q̄ȝdiu ſumus in hoc ma
ri ſtringamus tabulam propter periculum euitandū
a mari magno.

¶ Diſt. xxiij. de vnctionis extreme ſacramēto.

PReter premiſſa ē aliud ſacramētum. ſcȝ. vnctō
infirmoꝝ. ꝛc. Supra determinatum ē de q̄ttu
or ſacramētis. Hec ē q̄nta ps in qua agitur de
quinto. ſcȝ. de vnctōne extrema. Diuididitur autē hec
pars in duas. In prima agitur de ſacramēti inſtitutō
ne. In ſecūda de inſtituti diſpenſatōne. et hoc ibi Que
runt etiā aliqui ſi hoc ſacramentū. Prima ps duas cō
tinet. In prima diſtinguit hanc vnctionē ab alijs. In
ſecunda determīat cauſas ſue inſtitutōnis. ſ. a quo eſt
inſtitutū. ⁊ ppter quid. ⁊ ī qua materia. ⁊ hoc ibi. Hoc
aūt ſacramētum vnctionis infirmorum. ꝛc. Similiter
ſecunda pars principalis duas habet ſm duas opini
ones quas ponit circa frequentationem ſiue iteratōem
ſacramenti. Et primum modum ponit ibi. Querūt ali
qui. ꝛc. Secundum ibi Quidam autem de omni ſacro

¶ Diſtinguit hanc vnctionē ab alijs duabus. a

PReter premiſſa eſt etiam aliud ſacramentū. ſ. vnctio infirmorum. que fit in extremis oleo per epm cōſecrato. Et ſūt tria genera vnctionis. Eſt eñ a vnctio que fit chriſmate. que dicitur principalis vnctio. quia in eo principaliter paraclitus datur. Unde ⁊ propter abundantiam gratie duos liquores mixtos habet. oleū ſcȝ ⁊ balſamum. Oleum conſcientie. balſamū fame. Chriſma vero grece vnctio latine dicitur. Nec tamen omne oleum ad vnctionē ſanctificatum chriſma vocatur ſed illud ſolum quod miſcetur cum balſamo. quo capita regū ⁊ pontificum vngunt̄. quo etiam baptizatos ſacerdos vngit in vertice. ⁊ pontifex per impoſitionē manus cōfirmādos vngit in fronte. Eſt ⁊ alia vnctio q̄ cathecumini ⁊ neophici vnguntur in pectore ⁊ inter ſcapulas ī perceptōe baptiſmi. Tertia vero vnctio ē q̄ dr̄ oleū infirmorū. de qua nunc agitur.

¶ Determinat cauſas inſtitutionis huius ſacramēti. ſ. a q̄. ppter q̄d ⁊ in q̄ materia eſt inſtitutum. b

¶ Hoc aūt ſacr̄m vnctōis infirmorū ab aplis inſtitutū legitur. Ait eñ Jac. Infirmat̄ aliq̄s in vobis. inducat p̄ſbyteros eccleſie. ⁊ orēt ſup eū vngētes eū oleo in noīe dñi. ⁊ alleuiabit eū dñs. ⁊ ſi in peccatiſ fuerit dimittent̄ ei. In quo oñdit̄ b duplici ex cā ſacr̄m hoc inſtitutū. ſ. ad pctōꝝ remiſſionē. ⁊ ad corpalis infirmitatis alleuiationem. Uñ cōſtat eū qui hanc vnctio

Di. XXIII

De tribus generibus vnctōis

Jac. v.

In pte iſta ſunt dubitatiōes circa litterā. ⁊ pmo de ordine iſti⁹ ſacramenti ad antecedentia et ſequentia. Videt̄ eñ male ordinare. cum eñ inter oīa ſacramēta vltimo det̄. ppter quod ⁊ extrema a vnctio nūcupat̄ videt̄ ꝙ vltimo debeat ordinari. Rº. dōȝ ꝙ ſacramenta q̄dam reſpiciunt pſonā. q̄daȝ cōiter ipaȝ eccl'iam. vt ſicut in naturis q̄daȝ ſunt vires ordinate ad cōſeruationē indiuidui q̄dā ad ɔſeruationem ſpeciei. ſic in ſpūalibus ſacramenta q̄dȝ ſunt ad ɔſeruādam ⁊ promouēdā gratiā vel ɔſummādā circa ipam pſonā. ſȝ ordo ⁊ cōiugiū ad ɔſummādā ipam eccl'iam. et iō q2 multitudinē reſpiciūt. ſicut multitudo ſeq̄tur vnitatē. ſic duo ſacramēta p̄dicta ɔſequūtur alia q̄dȝ. int̄ q̄ extrema vnctio vltimū locū tenet. Alia rō aſſignata ē ſupra circa pncipiū hu⁹ libri diſt. ij. vbi tangit̄ ordo ſacramētoꝝ.
a ¶ Unctio q̄ fit chriſmate q̄ dr̄ pncipalis ꝛc. Videtur male dicere. q2 aut vnctio pncipalis dr̄ ab ordine aut a dignitate. Si ab ordine. falſum dicit. q2 pma vnctio ē ī baptiſmo. Si a dignitate. adhuc falſum dicit q2 in ſacramēto ordīs eſt vnctio maioris digni 1
tatis. ¶ Rº. dō. ꝙ pncipalis vnctio dr̄ cōfirmatio ex q̄druplici cā. ſ. a loco. q2 in frōte q̄ ē ps nobilior in corpe. ¶ A miſtro q2 fit ab epō. Ab elemento ſiue matia q2 de oleo mixto cū balſamo. Poſtremo ab effectu ppt̄ abūdātiā gratie. Unde ibi pacliť⁹ in magna abundātia tradit̄. ſicut etiā patuit ī aplis. ⁊ h̄ ē vnctio pncipalis. Et ſi obijciat̄ de ordīs ſacramēto. dōȝ ꝙ nō dat̄ amplius mun⁹ grē gratū facīētis. ſȝ ampli⁹ mun⁹ grē gratis date ſcȝ auctātis ⁊ ptātis ſacerdotal' vel pontifical'. Dat̄ etiam ibi mun⁹ grē gratū faciētiſ indigne ſuſcipiētib⁹. ſȝ nō 2
tātū. Et nota ꝙ de eadē materia fit triplex vnctio. vna q̄ baptizati inungūt̄ in v̄tice. Alia q̄ ɔfirmādi vngūt̄ ī fronte. Tertia q̄ inungunt̄ pontifices in capite. Et h̄ vult dicere in l'ra. regū et pontificū. i. regaliū pōtificū q̄les ſunt pontifices noue leg̃. nā reges ſm ꝙ dicūt illi. q̄ nouerunt vngunt̄ in ſcapulis. b ¶ Duplici ex cā 3

ſacrm h inſtitutu͂ ꝛc. Ur̄ male dicere q: vnius ſacri vnic⁹ eſt ſinis. R̄ᵒ. vn⁹ ē ſinis ꝑncipalis. ꝛ nihil īpedit q̄n multiplex pt̄ eſſe vtilitas dum tn̄ vn⁹ ſit ſinis ꝑncipalis. alij ſ̄o ꝑaccidēs. ꝛ ſic ē in ꝓpoſito.

c ❡ Et ſi ex ꝯtē/ ptu vel negligē/ tia ſacrm h ꝓter/ mittit̄ ꝑiculoſuȝ eſt ꝛc. Ur̄ male dicere. q: neglı/ gētia in his q̄ n̄ ſūt de neceſſitate ſalutꝭ n̄ generat ꝑiclm. n̄ fac̄ ho minē dignū dā/ natōe. ❡ R̄ᵒ. di

4 cendū ꝙ vel nō tenet̄ diſiūctiue ſȝ magꝭ intelligi tur copulatiue. Un̄ nō intelligi tur h de q̄bȝ ne gligētia. Sȝ ſo/ lū de negligētia q̄ generat ꝯtem/ ptū ſiue q̄ hȝ ꝯtē ptum annexum Un̄ ita iudican/ dū eſt h de ſacro ſicut iudicat̄ de ſacro altaris.

nem fideliter deuoteqȝ ꝑcipit. ꝛ in corpe ꝛ in anima alleuiari. ſi tamē expedit vt in vtroqȝ al/ leuietur. Q̄ ſi forte corpis va/ litudinem illi habere nō expe/ dit. illā q̄ eſt aīe ſanitatē in hoc ſacramento acquirit. Et ſicut in alijs ſacramentis ita etiam ī iſto aliud eſt ſacramentum ali/ ud res ſacramenti. Sacramen tum eſt ipa vnctio exterior. res ſacramēti vnctio interior que peccatorum remiſſione. ꝛ vir/ tutum ampliatione perficitur.

c Et ſi ex contemptu vel negli/ gentia ſacramentum hoc ꝓter mittitur. periculoſum eſt ꝛ dā/ nabile.

❡ Prima opinio de iteratōne huius ſacramenti. c

❡ Querunt etiam aliqui ſi hoc ſacramentū iterari poſſit. cum baptiſmus et alia quedaȝ ſacramenta ſemel ſuſcepta nō iterentur. Aug. dicit ſacramē tum nō iterandum. ꝛ ſacramē to nō faciendam eſſe iniuriam ſed hoc dicit vbi ait de ſacramē to baptiſmi ꝛ ordinatōis. Un de n̄ videtur illud generaliter accipiendū. ſed de ſacramēto baptiſmi ꝛ confirmationis ꝛ or dinationis que nullatenus ſūt repetenda. quia ſemel tm̄ ꝛ nō ſepius datur baptiſmus et confirmatio et ordia/ tio. Sacramentum vero altaris et penitentie et coniugij ſepe iterari videtur. quia ſepe ſacramē tum corporis percipitur. frequenter penitentiaȝ agitur. coniugium ſepe contrahitur. Quare er/ go vnctio ſimiliter nō poteſt iterari. Si morbus nō reuertitur. medicina nō iteret̄. Si vero mor/ bus nō poteſt cohiberi. quare medicina debȝ ꝓ/ hiberi. Sicut oratio iterari pōt. ita ꝛ vnctio itera ri poſſe videtur. vtraqȝ enim illic cōmemorat Ja cobus. et vtrunqȝ illic coopatur ad ferendā alle uiationē corporis et anime. Cur ergo negat̄ vn/ ctionē ſup infirmū poſſe iterari ad ipetrandā ſe/ pius ſanitatē mentis ꝛ corpis. cū ꝓpter idē ſepe iteranda ſit oratio.

❡ Scd̄a opinio de iteratōe hui⁹ ſacri. d

Quidā aūt de om̄i ſacro intelligi volunt ꝙ nō ſit iterādū. ſ. ſm totū illud qđ ptinet ad ſacrm. dicē/ tes q̄dā ſacra ſepi⁹ poſſe ſuſcipi. q̄dā ṽo nō. Nec tn̄ q̄ ſepi⁹ ſumunt̄. totaliter iterant̄. vt ſacrm alta ris et vnctōis. q̄ licet ſumant̄ ſepi⁹. tn̄ q: nō itex bn̄dicit̄ eadē hoſtia vel idē oleū. nō iterat̄ ſacrm cū iniuria. Sȝ dicet q̄s. ſic ꝛ baptiſm⁹ nō iterat̄. ꝛ ſi aliq̄s freq̄nter baptizet̄. dū eadē aq̄ nō itex bn̄ dicat̄. Sed aliud ē inquūt illi de bn̄dictōe aq̄ q̄ ſit baptiſm⁹. aliud de bn̄dictōe panis ꝛ olei. Pōt ei baptiſm⁹ celebrari in aq̄ etiā n̄ bn̄dicta. q: illa bn̄/ dictio ꝓ reuerētia tm̄ ſit et decore n̄ virtute ſacri ſȝ corp⁹ xp̄i nō pt̄ ꝯfici niſi de pane cōſecrato. nec vnctio illa fieri pt̄ niſi ō oleo ab epō ꝯſecrato. Jō/ qȝ illa ſctificatio ad virtuteȝ ſacri ptinere vr̄. Jn ꝯiugio qȝ ſemel tm̄ bn̄dicit̄ q̄ſqȝ nō ſepi⁹. Bn̄dici tur ei vt ait Am̄ō. cū ꝑma ꝛ n̄ ſcd̄a vxore. Si ḡ cū dr̄ ſacrm nō ēē iterandū. nec iniuria ei ēē faciēda rōnē dicti referas ad ſatiſfactionē rei q̄ ſacrm ex plet̄. De om̄i ſacro generalit̄ id verū ē. Si vero ad ſuſceptōȝ ſacri. de q̄buſdā verū ē ꝙ n̄ iterant̄ crebra ſuſceptōe. de alijs vero q̄buſdā nō. q: fre quēter ſumunt̄. vt hoc vnctōis ſacrm qđ in om̄i pene eccleſia ſepe reperitur.

Ad intelligentiā p̄ntis diſtinctōis ſm duo que mgr̄ determiat de vnctōis ſacro. duo ꝑncipalit̄ q̄runt̄. Primo q̄rit̄ de ipō q̄tū ad ipi⁹ inſtitutio nē. Scd̄o q̄tū ad vſum ſiue diſpēſationē. Quātū ad ꝑ mū q̄runt̄ q̄tuor. Primo de cā ei⁹ finali. Scd̄o de eius efficiente. Tertio de materiali. ꝛ q̄rto de formali.

❡ Queſtio i a

❡ Quātū ad cām finalē q̄r vtꝝ iſtud ſacrm ꝑncipaliter ſit ordinatū ad morbū corpalē an ad ſpūalē. Et ꝙ ad cor palē vr̄ ex ei⁹ inſtitutōe. Jac. v. infirmat̄ q̄s in vobis i/ ducat pſbyteros ꝛc. ꝛ poſt dicit. orō fidei ſaluabit infir mū. Jtē Math. vj. vngebāt oleo multos infirmos et curabant̄. ſi ḡ vrebant̄ h ſacro ſm ꝙ dr̄ in glo. ꝛ h ad cu/ rationē infirmātū corpalit̄. ḡ ꝑncipalit̄ vr̄ ad h ordia/ ri. Jtem ſacramentū ad illud finaliter ordinatur ꝓpter quod principaliter diſpenſatur. ſed illud principaliter diſpenſat̄ ꝓpt̄ infirmitatē corpalē. q: nūqȝ dat̄ niſi exi/ ſtentib⁹ in graui infirmitate corpali. ḡ vr̄ ꝙ ꝑncipaliter ſit ad h. Jtē ſi eſt ꝯ infirmitatē ſicut medicina. q̄ro ꝯtra quā. Aut ꝯ corpalē. aut ꝯ ſpūalē. Si ꝯ ſpūalē. cū nō ſit ꝯ actuale vel originale. erit ꝯ veniale. Sȝ veniale q̄li/ bet die iterat̄. ḡ et h ſacrm. ſȝ h ſacrm nō dat̄ freq̄nter ſȝ rariſſime. ḡ nō eſt ꝯ pctm̄ veniale. ḡ eſt ꝯ infirmitatem corpalem. Si tu dicas ꝙ eſt ꝯ pctōꝝ ſeq̄las. q̄ro. aut ꝯ aliq̄s determinate. aut ꝯ oēs. Si ꝯ aliq̄s. q̄re nō ſilr̄ ꝯ alias. Si ꝯ oēs. cū ſint diuerſe ſm diuerſitatē morboꝝ vr̄ ꝙ debeāt diuerſa ad h ēē ſacra. Cōtra. ꝙ n̄ ſit ad mor bū corpalē curandū ꝑ ſe vr̄. q: ſacra no. le. indigne ſuſci/ pientib⁹ efficiūt ꝙ ſignāt. ſi ḡ viri ſcti digne ſuſcipiūt ſa/ cramēta. g⁹ ſi haberet vnctio ſp̄ in eis efficaciā ſanādi. ergo viri ſcti nūqȝ morerent̄. Jtē multi ſunt viri pfecti q̄ ſm pauli exemplū deſiderāt diſſolui ꝛ ēē cū xp̄o. Si ḡ ſacrm vnctōis ordinat̄ ad vitā corpis ꝯſeruādā. ḡ a ta/ lib⁹ nullo mō dȝ ſuſcipi. Jtē ſacrm ē medicina ſpūalis. ergo ſicut medicina corpalis ſanat ſolū morbū corpalē ꝛ ad h eſt ꝑncipalit̄ ꝛ vlr̄. ita vr̄ ꝙ medicina ſpūalis cu/

ret ſolū morbū ſpūalē. ita ꝙ ad h̄ ſit vtr. totalit̄. ⁊ p̄nci/
palit̄. Itē ſi vnctio ſanat morbū corꝑalē. aut ꝑ v̄tutē na
turalē. aut ꝑ v̄tutē ſupra naturā. Nō ꝑ v̄tutē naturalē
hoc ꝯſtat. q2 operatio ſacroꝝ nō eſt ſm̄ v̄tutes naturales
elemētoꝝ exterioꝝ. ergo ꝑ virtutē ſup̄ naturā. ſ3 illa eq̄
pōt ī infirmitatē incurabilē vt curabilē. ergo vr̄ ꝙ iſtō
ſacr̄m liberet a lepra. ſ3 h̄ eſt falſū. ḡ ⁊c̄. R⁹. dō. ꝙ alioꝝ
opinio fuit ꝙ ſacr̄m iſtud p̄ncipalit̄ ē ordinatū ꝯ̄ ſeq̄las
vel reliq̄as peccati q̄ grauāt. q̄ relicte ſunt tā ex origina
li q̄3 ex actuali. q̄ quidē reliq̄e ſunt pene ſpūales h̄ntes
tn̄ frequēter penas corꝑales annexas ꝓpter ſui expur/
gationē. ⁊ iō p̄ncipaliter h̄ ſacr̄m ē ꝯtra penā ſpūalē. ſ3
ex ꝯn̄ti eſt ad ſanādū morbū corꝑalē. S3 ꝯ̄ hoc ē qd̄ dr̄
Iac. v. in inſtitutōe iſti⁹ ſacri. ſi in peccat̄ fuerit remit/
tent̄ ei. ḡ iſtud ſacr̄m eſt ordinatū ꝯ̄ aliquē morbū pecca
ti. ⁊ hoc ip̄m tangit̄ in glo. ⁊ cū nō ſit ꝯ̄ originale nec cō/
tra mortale. relinq̄tur ꝙ ſit ꝯ̄ pctm̄ veniale. et hec cōis
5 opinio tenet. S3 notandū ꝙ de veniali pctō eſt loq̄ du
pliciter. aut ꝓut eſt q̄s in ſtatu vie. aut ꝓut ē in egreſſu.
Si ꝓut ē in ſtatu vie ſiue in itinere. ſic morb⁹ venialis
eſt q̄ſi inſeꝑabilis. vel q̄dā neceſſitate iterabilis. ac ꝑ h̄
qd̄āmō incurabilis. ⁊ iō nō debuit ꝯtra ip̄m aliq̄ medi/
cina ſpecialiter ⁊ p̄ncipaliter ordinari. imo qd̄āmō oīa
ſacr̄a valent ad ei⁹ curationē ſm̄ plus ⁊ min⁹. Si autē
loq̄mur ꝓut aīa ē in ſtatu egrediēdi. ſic p̄nt curari ſine
iteratōe. ⁊ ſic cū aīa poſſit ꝯtrahere talia crimia q̄ retra
herēt a gloria. inſtituit diuīa miſcōia remediū ꝙ aīa cu
rari poſſit q̄tum ad remiſſionē culpe. ⁊ etiā ptis pene.
⁊ h̄ eſt ſacr̄m vnctōis extreme. Mod⁹ aūt curādi veni
ale pctm̄ in h̄ ſacro corrn̄det mō infirmitatis. veniale
aūt pctm̄ grauat aīam deprimēdo deorſum. vt nō ita in/
tendat in deū ꝑ deuotōē ⁊ amorē. ꝓ eo ꝙ ē ibi ꝯuerſio in/
ordinata ad cōmutabile bonū. ⁊ ꝓ eo ꝙ eſt minor amor
dei. ſicut tāgit Aug. in li. ꝯfeſ. ⁊ iō cū curatio directe ſit
ꝑ ꝯ̄riū. ꝑ illud curat̄ qd̄ aīam aggrauatā ꝑ deuotōē ſur/
ſum eleuat. ⁊ qm̄ corp⁹ qd̄ corrūpit̄ aggrauat aīam. cū
illud ſacr̄m ſit ad eleuandā aīam ꝑ deuotionē. in q̄ aīa
recipit vigorē quēdā. in q̄ ſꝑ eſt deletio venialiū ſi ſunt ī
aīa. ⁊ ꝑ ꝯn̄s repſſio moleſtiaꝝ corꝑaliū ſi expedit ipi aīe
hinc eſt ꝙ iſtud ſacr̄m p̄ncipaliter ē ad curatōē ⁊ alleui/
ationē infirmitatis corꝑalis. qd̄āmō ad vigorādū aīaꝫ
q̄ regit corp⁹. ⁊ ſic p3 q̄d ſit in h̄ ſacro res tm̄. q̄d ſignū.
6 ⁊ q̄d res ⁊ ſignū. Signū tm̄ eſt vnctio exterior. Res tm̄
eſt venialis curatio. Res ⁊ ſignū ip̄a in aīa deuotōis ex
citatio. q̄ n̄ ē aliō q̄3 q̄dā ſpūalis vnctio. Cōcedēde igit̄
ſunt rōnes ꝓbantes iſtud ſacr̄m valere ad infirmitates
corꝑales curādas. Cōcedēde ſunt etiā rōnes ꝓbantes
ꝙ nō valet p̄ncipalit̄ ꝯ̄ illas. qm̄ ſolū ꝑ accidēs ⁊ ex cō/
7 ſequēti vt p̄us oſ̄ſum ē. ❡ Ad illud ḡ qd̄ obr̄ ꝙ nō dat̄
niſi in ſtatu infirmitatis. dōm ꝙ nō eſt ꝓpt̄ infirmita/
tē. ſ3 ꝓpt̄ hoc ꝙ appropinq̄t egreſſui. in q̄ p̄nt venialia
ꝑfecte curari. Et ꝙ illud ſit verū p3. q2 q̄tūcunq3 q̄s in/
firmet̄. nō dat̄ ei h̄ ſacr̄m niſi p̄ſumat̄ ꝙ moriat̄ vel ꝙ ſit
in articulo mortis. Et ſi ꝯſtaret nobis de aliq̄ ꝙ libera/
ret̄ ab infirmitate. nō deberet dari ei h̄ ſacr̄m ſicut pate
8 bit inferi⁹. ❡ Ad illud qd̄ obr̄ de veniali ꝙ q̄tidie itera/
tur. p3 iā rn̄ſio. q2 nō dat̄ h̄ ſacr̄m ꝯ̄ iſtud pcti gen⁹. ni/
ſi in ſtatu in q̄ p̄ſumit̄ ꝙ liberet̄ ⁊ a culpa ⁊ a peccādi ne/
9 ceſſitate. ❡ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ nō valet p̄ncipalit̄. dō.
ꝙ verū ē. ⁊ h̄ innuit ip̄a forma orōnis in q̄ nō fit mentio
niſi de remiſſiōe pctōꝝ. Qd̄ tn̄ obr̄ ꝙ nullo mō d3 vale/
10 re a ſimili. q2 corꝑalis medicina nō ſanat ſpūalē morbū
dōm ꝙ nō eſt ſile. q2 ſpūs ꝯtinet corpus. vn̄ paſſiones
aīales multū redūdāt in carnē. Vn̄ Sap. dicit ſpūs tri
ſtis exſiccat oſſa. ideo nō eſt mirū ſi tranquillatur aīa
⁊ vigoratur ⁊ letificat̄. ſi etiā h̄ redūdat ad corp⁹. ſicut
etiā h̄ ſacr̄m reſpectū h3 ad corp⁹ reuelādū ꝓpter alleui 11
ationē ſpūs. ❡ Ad illud qd̄ q̄r̄ ꝑ quā virtutē h̄ fiat. di/
cēdū ꝙ ꝑ v̄tutē ſupra naturā. ſ3 illa oꝑat̄ ſm̄ diuinā inſti
tutionē. q̄ voluit ꝑ h̄ ſacr̄m facere ſecretū fidei. ⁊ ita nec
ſcōm legē cōem ab infirmitatib⁹ incurabilib⁹ liberare.
Et iterū ī h̄ ſacro aliq̄d ē naturale. aliq̄d ſupra naturam
Effectus nāq3 q̄ eſt ī ſpū ē ſupra naturā. ſ3 ꝙ ille redun
det ī carnē. illō naturale ē. ſm̄ ꝙ ī pſ̄. dicit hō deuotus.
ſitiuit ī te aīa mea. ⁊c̄. Et iterū alibi. Refloruit caro mea
⁊c̄.

❡ Queſtio. ij. b.

De cauſa efficiēte ſiue inſtituēte. ⁊ q̄r̄. vtrū h̄ ſacr̄m inſti
tuit xp̄s. vel aliq̄s ei⁹ diſcipul⁹. Et ꝙ xp̄s vr̄. q2 legiſla/
toris ē leges inſtituere. S3 ſacr̄a oīa ſūt leges ⁊ ſtatuta
in lege euāgelica. ḡ nō ſolū h̄ inſtituit xp̄s. verūetiā oīa
Itē dn̄s ꝑ ſeip̄m inſtituit oīa ſacr̄a ve. le. moyſi loq̄ndo ⁊
p̄cipiēdo. Vn̄ ī p̄ncipio cuiuſlibet ſacramētalis p̄cepti
dicit̄ in Leuit̄. locutus ē dn̄s. ⁊c̄. Si ḡ ſacr̄a euāgelica
ſūt multo digniora. vr̄. ⁊c̄. ❡ Itē ſacr̄m ſicut habitū eſt
ſupra. diſt. xiij. eſt in q̄ diuina virtus ſecretius oꝑatur
ſi ḡ virtus diuina oꝑatur ī ſacr̄is p̄ncipalit̄ cū inſtitue
re ſacr̄m ſit maioris dignitatis q̄3 oꝑari in ſacro. ⁊ oꝑa
tio ē a diuina virtute. ḡ ⁊ inſtitutio. ❡ Itē Marci. vj.
dicit̄ ꝙ diſcipuli inungebāt oleo multos infirmos ⁊ cu
rabātur. Sed ꝯſtat ꝙ apoſtoli nondū erāt tāte aucītis
ꝙ ꝑ ſe auderēt aliq̄d inſtituere. ḡ vr̄ ꝙ dn̄s eis mādaue
rit. ḡ vr̄. ꝙ ip̄e inſtituit. ❡ Cōtra. mgr̄ dicit ī lr̄a. hoc ſa
cramētū legit̄ ab apoſtolis inſtitutū. ❡ Itē alibi. non
habemus mādatū de h̄ ſacro. niſi Jacobi. v. ḡ. videtur
ibi inſtitutū fuiſſe. ❡ Itē oīe ſacr̄m qd̄ xp̄s inſtituit
ip̄e ꝑ ſe exhibuit. ſ3 xp̄s h̄ ſacr̄m nō exhibuit. q2 nunq̄3 ī/
firmos oleo ſ3 ſolo v̄bo ſanauit. ḡ. ⁊c̄. Itē oē ſacr̄m qd̄
xp̄s inſtituit habuit figurā ī ve. teſt. ſ3 h̄ non habuit ibi
figurā. q2 nunq̄3 legim⁹ infirmos ꝓpter curationē ī ve
teri teſt. inungi. ḡ videt̄ ꝙ inſtitutio hui⁹ ſacri nō ꝑtinu
erit ad xp̄m. ❡ R⁹. ad hoꝝ intelligētiā notandū ē ꝙ ali 12
qui dicere voluerūt oīa ſacramēta inſtituta fuiſſe a xp̄o
qm̄ ip̄e fuit legiſlator. Vn̄ q̄uis non expſ̄ſe legat̄ de ꝯfir
matōne ⁊ extrema vnctōne. tamē credēdū ē ip̄m inſtitu
iſſe. ⁊ h̄ aliq̄ mō innuit̄ de cōfirmatōe cū man⁹ p̄us ipo/
ſuerit. Math. xix. De extrema vnctōne cū diſcipulos
ad p̄dicandū miſit q̄ oleo vngebāt infirmos ⁊ curaban
tur. ſicut dr̄ Marci. vj. Nec dubiū q̄n ꝑ mādatū ip̄ius
h̄ fecerit. Si aūt apoſtoli dicūtur aliq̄ inſtituiſſe. hoc ē
q2 inſtitutionē ꝓmulgauerūt. ſicut beat⁹ Jaco. cōfeſſio
nis ⁊ vnctōis. S3 tn̄ cū ī euāgelio ſufficiēter lex euange
lica exp̄mat̄. ⁊ euāgelica lex ꝯtineat xp̄i ſtatuta ⁊ ſacra.
et magis ſtatuta q̄3 ſacra. q̄uō ꝓbabile ē. vt oēs euāgeli
ſte ſic ſub ſilentio tā nobilia ſacr̄a ꝑtrāſiſſent ſi xp̄s inſti
tuiſſet. cū ex his nr̄e ſalutꝭ āminiculū eliciat̄. Et iō ꝓba
bili⁹ aliȷ̄ dicūt ⁊ mgr̄ videt̄ hoc ſentire. immo apte dr̄. ꝙ
ſpūſſctūs ꝑ apoſtolos h̄ ſacr̄m inſtituit. ſicut s̄ dcm̄ eſt
de ſacro ꝯfirmatōis. Et ꝙ h̄ potuerit eē māifeſtū ē. cū
ip̄e ſit doctor p̄cipu⁹ ſic̄ ⁊ xp̄s. Et exēplo p3. q2 apl̄i ſpū
ſctō dictāte formā baptiſmi a xp̄o inſtitutā ⁊ ꝯfirmatā
ad tp̄s mutauerūt. q̄tomagiſ qd̄ xp̄s inſinuauit inſtitu
ere docuerūt. Et ꝙ ita fuerit ꝯgruū manifeſtū ē ſi attē/
dat̄ diuerſitas ſcramētoꝝ. Quedā eni ſūt ſacramēta cō
munia le. ve. et no. q̄dā ꝓpriiſſima le. no. quedā medio 13
mō. Cōia ſūt illa q̄ ſūt q̄dāmō ex dictamine nature. qd̄
q2 ſꝑ idē manet. illa ſacramēta ab initio cucurrerūt. vt
matrimoniū ⁊ pn̄ia ſm̄ ꝙ dō recōciliat. ⁊ hec q̄dē dn̄s
ib3 cōſūmauit ⁊ ꝯfirmauit ī le. no. nō euacuauit. Que/

dā ſunt ꝓpīquiſſima le·no·⁊ hec ſunt que ſignāt grām in
tali ſtatu q ꝓprie cōpetit le·no·hec aūt duo ſunt·cōfir/
matio ⁊ vnctio·vbi ſignat gr̄a ſpūſſcti ſm̄ quā inungit
q̄s in pugilē vt ꝓ xp̄o audeat mori·⁊ in regē vt ī regnū
celoꝝ poſſit introire tanq̄ꝫ in ſuū. Hoc ē no·le·ꝓprius.
iō in ve·te·nō habuerūt certā figurā hec duo ſacra. Et
q: ſignat ſpūſſcti grām in aliq̄ abundantia·⁊ ſpūſſctūs
abūdanter nō fuit dat⁹ quouſq̄ꝫ ihs nō fuit glorificat⁹
ſicut dı̄ Joh·vij·iō hec duo ſacra a xp̄o fuerūt inſinua/
ta·ſꝫ poſt a ſpūſctō fuerūt inſtituta. Quedā ſunt ſacra
media q̄ in ve·le·nō fuerūt in ꝟitate·fuerūt tn̄ in figura
⁊ ſignificatiōe·ſicut baptiſm⁹·eucharistia·⁊ ordo·⁊ q:
xp̄s legē impleuit·⁊ figuras euacuauit·hec tria ſacra ꝑ
ſeipm̄ inſtituit·ſic pꝫ quō cōgruentiſſime ſtatuta ⁊ inſti
tuta ſunt eccl'iaſtica ſacra·vt nihil ſit geſtū ꝑ obliuionē
ſꝫ ſm̄ inenarrabilē dei diſpēſatōꝫ. Cōcedēde igit ſūt rō/
nes ꝓbantes ſpm̄ſctm̄ ꝑ ap'los h̄ ſacrm̄ inſtituiſſe.
14 ¶ Ad illud ḡ qd̄ obī q h̄ eſt legiſlatoris·dō·q ſpūſſan
ctus ſuppleuit h̄ qd̄ ipe dn̄s dimiſerat ī doctrina·ſicut
dı̄ Joh·xvj·mlta habeo vobis dicere q̄ nō poteſtis por
tare mō·⁊ poſt·cū venerit ⁊c. Vn̄ ſicut ſuppleuit qd̄ de/
erat de doctrina ſm̄ dei ordinatā diſpenſationē·ita etiā
de inſtitutione ex cā cōgrua qd̄ dimiſſuꝫ erat. Nec ſūt
15 duo legiſlatores xp̄s ⁊ ſpūs ei⁹. ¶ Ad illud qd̄ obī q ꝑ
ſemetipm̄·dō·q ipe imediate loq̄bat moyſi·⁊ poſt moy
ſes ꝑcipiebat ꝑplō ſicut nūci⁹ dei ⁊ miniſter·ſic ſpūſſan/
ctus ap'lis·⁊ ipi vt miſtri ꝑplis exponebant·vn̄ ſacroꝝ
inſtitutōeꝫ nō attribuim⁹ niſi deo vel ꝑ filiū vel ꝑ ſpm̄/
ſctm̄·nec credēdū ē quēq̄ꝫ ap'loꝝ h̄ ꝑ ſe inſtituiſſe·ſꝫ totū
collegiū·ſꝫ iacob⁹ ꝓmulgauit·ſicut ſnīam tulit de obſ/
uantia legaliū Act·xv·Et ꝑ h̄ pꝫ ſequēs·q: ſicut deus
opat ꝑncipalit·⁊ ſacerdos vt miſter·ſic iſtitutio ſacro/
rū reſpicit deū vt autorē·⁊ ap'los reſpicit vt miſtros in
16 ꝓmulgādo. ¶ Ad illud qd̄ obijcit q ap'li vngebāt oleo
dicendū q ibi nō fuit h̄ ſacrm̄ inſtitutū ſꝫ inſinuatū ⁊ h̄
pꝫ·q: vnctio illa ꝑncipalit fiebat ad ſanitatē corpalē.
nō ad curatōꝫ ſpūalē ꝑncipalit. Vn̄ ſicut grām ſanita-
tis tūc habebāt ap'li·⁊ iō potētiā ligādi ⁊ abſoluēdi·ſic
olim illud deſuiebat ſiue opabat ad ſalutē corpis·nunc
aūt ꝑncipalit opat ad ſalutē ſpūs ſicut ī ipa forma eui/
denter exprimit.

¶ Queſtio iij c

De hui⁹ ſacri materia·⁊ dı̄c magiſter q materia hui⁹
ſacri eſt oleū ab ep̄o ꝯſecratū. Sꝫ vr̄ q magꝭ deberet ad
hibere aliō elemētū q̄ꝫ oleū. Primo·q: h̄ ſacrm̄ ē ꝑiclitā
tiū ⁊ morti appropinq̄ntiū·⁊ hi maxime ſūt ī articlō ne/
ceſſitat̄·ḡ talib⁹ maxime de oleo cōi ꝓuideri dꝫ·ſi ḡ aq̄
cōiorē·vt ⁊c. ¶ Itē ī cōfirmatōe in q̄ dat gr̄a abūdans
nō ſolū ē elemētū olei ſꝫ etiā balſami qd̄ ē ꝑcioſū·ḡ cuꝫ h̄
ſacrm̄ introducat hoīem ī regnū qd̄ ē ꝑcioſiſſimū ꝑmiū.
videt q in eo deberet eſſe balſamū. ¶ Itē vr̄ q non opte
at eſſe ꝯſecratū·q: baptiſm⁹ ⁊ eucharistia ī q̄b⁹ ē magna
gr̄a ⁊ efficacia nō indigēt materia ꝯſecrata alia ſctifica/
tione q̄ꝫ q̄ fit ī ſacri forma·ḡ pari rōne nec vnctio extre/
ma. ¶ Itē ad ꝑfectū eſſe ſacri iſta duo ſufficiūt·ſ·ſignifi=
catio ⁊ ſctificatō·ſignificatio ē ꝑ elemētū·ſctificatio ē ꝑ
verbū·ſꝫ hec duo ſūt·ſi q̄s inungat de ſimplici oleo·er/
go vr̄ q ibi ſit ſacrm̄ ꝑfectū. ¶ Itē ſi oportet ſacrm̄ vnctō
nis fieri de oleo ꝯſecrato·q̄ro cui cōpetit nomen vel rō
ſacri·an oleo·an vnctōi. Ex vnctōi vr̄ ꝑ ipaꝫ denoīatōꝫ
ſacri. Sꝫ q oleo ꝯſecrato videt q: oleū ē ſignū·⁊ oleum
ꝯſecratū ē ſacrm̄ qd̄ nō tm̄ hꝫ ſignificatōꝫ·ſꝫ etiā q̄ddaꝫ
gen⁹ cauſalitatis ꝑ bn̄dictionē·ḡ videt q habeat ī ſe cō/
pletā ſacramēti rōnē. ¶ Itē panis ꝯſecrat⁹ ē ſacrm̄ nō
ipa mādūcatio·imo potius ē vſus·ḡ videt ſil'r ī ꝓpoſi/
to·q oleū ꝯſecratū ſit ſacrm̄·⁊ vnctio ſit vſus·ḡ nō cō/
uenient noīatur. Qd̄ ſi nō ē verū·nō vr̄ h̄ erigi materia
ꝯſecrata. ¶ Itē videt q nec oportear eſſe ꝯſecratā ab ep̄o
q: plus ē ꝯſecrare ſiue corp⁹ dn̄i ꝯficere vbi ē trāſſubſtan
tiatio q̄ꝫ oleū vbi manet eadē ſba·ſꝫ ſimplex ſacerdos
pt̄ ꝑmuꝫ·ḡ ⁊ ſcōm. Juxta h̄ ē q̄ſtio q̄re deberet eſſe oleum
⁊ q̄re ſimplex nō mixtū·⁊ q̄re ꝯſecretuꝫ ab ep̄o·⁊ ſi illa
ꝯſecratio facit oleū ꝯſecratū. ¶ R°·ad ꝑdictoꝝ intelli/ 17
gētiā ē notādū q aliq̄ dicere voluerūt q materia in h̄ ſa
cramēto ē oleū·ſꝫ ꝯſecratio ep̄alis ſupueniēs facit eē ſa
cramētū·ſꝫ inunctio ꝯſequēs ē ſacri vſus ſiue diſpēſatō
Sꝫ q̄m iſtō repugnat denoīatōi ſacri·⁊ etiā cōi opinio
ni·iō meli⁹ dr̄ q ſicut aq̄ ī baptiſmo ē elemētū·ſic ī cōfir
matōe criſma·⁊ in vnctōe oleū ꝯſecratū ab ep̄o. Ratio
aūt ſumi pt̄ a pte inſtituētis·⁊ etiā a pte finis. A pte in
ſtituentis·q̄m enī xp̄us ꝑ ſemetipm̄ inſtituit·q̄ ꝑ ſemet
ipm̄ potuit ſctificare baptiſmū ⁊ eucharistiā·ideo non
eſt alia ꝯſecratio ꝑparās neceſſaria·ſꝫ ſolū ad ſolēnita
tē facit·ſꝫ h̄ ſacramētū ſpūſſctūs inſtituit ꝑ ap'los q̄ nō
poterāt ſctificare niſi ꝑ deū·iō materia ē nō ſimplex ele
mentū·ſꝫ oleū ꝑ ꝟbū ⁊ inuocationē ſcti ſpūs ꝯſecratū·et
hoc ꝑ ꝟbū ep̄oꝝ·q̄ ſunt ſucceſſores ap'loꝝ·vt ſic ſpūs in
ſtituit ꝑ ap'los·ſic etiā nūc cōſecret ꝑ ep̄os. A pte finis
ſumit rō·q̄m h̄ dat gr̄a ſanās lāguores ſpūal ⁊ datur
gr̄a ordinās ad ſanitatē ꝑfectā·que q̄dē ē glie. ideo de=
bet ſignari ꝑ oleū qd̄ ē curatiuū rōne curatōis·⁊ ꝑ oleū
ꝯſecratū rōne ordinatōis ad ſupueniētē curationeꝫ·⁊ ꝑ
oleū ſimplex nō ꝑmixtū·q: ad ingreſſuꝫ in gloriā reqrit
⁊ ſufficit bona ꝯſcia. His viſis facile eſt ſoluere ad ob/
iecta. ¶ Ad illud enī qd̄ obijcit de cōitate medicine·di/ 18
cendū q iſtud nō eſt ſacrm̄ neceſſitatis·⁊ ꝑterea modicū
de elemēto ſufficit·⁊ h̄ pōt vbiq̄ꝫ locoꝝ haberi·⁊ iō nō ē
ꝑiculū aliqd̄. Prēt ea cuiratio ꝑiculi nō dꝫ ꝑiudicare di
gnitati ⁊ cōgruitati ſacri. ¶ Ad illud qd̄ obī q deberet 19
miſceri cū balſamo ſicut ī ꝯfirmatōe·dōm q nō eſt ſile.
q: in ꝯfirmatōe dat gr̄a ad pugnādū in vita·ꝑ quā opor/
tet ambulare nō ſolū ſm̄ placētiā ad deū vez etiā ad ꝓxi
mū. Sꝫ in vnctōe dat gr̄a ad reſiſtēdū dyabolo ne poſ/
ſet detinere·⁊ ad hoc nō eſt neceſſaria fama ſꝫ bona con/
ſciētia·⁊ q: balſamū aromatizās ſignificat bonā famaꝫ
oleū nitēs bonā ꝯſciam·iō ⁊c. ¶ Ad illud qd̄ obijcit q 20
eucharistia nō indiget alia ꝯſecratōe·dicēdū q nō eſt ſi
mile·tū ex pte inſtituētis·tū ex pte finis vt viſum eſt.
¶ Ad illud qd̄ obī q in oleo nō ꝯſecrato ſi fiat vnctio 21
eſt ſignificatio ⁊ ſctificatio·dicēdū q falſum ē. Primo
enī deficit ſignificatio·q̄ nō tm̄ exigit repſentatōꝫ ſꝫ etiā
inſtitutōꝫ·ſic aūt inſtitutū ē fieri. Scd̄o deficit ſctifica/
tio·q: nō hꝫ ꝟbuꝫ efficaciā niſi habeat cōpetēs elemētū.
¶ Ad illud qd̄ obijcit q oleū ꝯſecratū ē ſacrm̄·dicēduꝫ 22
q ꝓprie loquēdo nō eſt ſacrm̄ ſꝫ ad ſacrm̄ ordinatū. Et
rō hui⁹ eſt·q: nō hꝫ nec ꝑfectā ſignificatōꝫ·nec ſanctifi/
cationē quouſq̄ꝫ applicet infirmo·⁊ ſupueniat ſacerdo/
talis ordo·tūc enī ſignificat gr̄a inungēs·⁊ tūc eſt ꝑmo
ꝑſens nō an̄·⁊ iō nō eſt ſile de corpe dn̄i·vbi in ꝑma ſan/
ctificatione fit ꝯuerſio ⁊ poſt nō addit vberior interior
ſanctificatio q̄ nouā introducat ꝟtutē. ¶ Ad illud qd̄ 23
obijcitur q ſicut ſacerdotes poſſunt corp⁹ dn̄i cōficere.
ita ⁊ oleū ꝯſecrare·dicendū q nō valet·q: tanta ē ptās
in miniſtris eccleſie q̄ꝫ tam diſtribuit dn̄s mēbris nec
oportuit ptātem ꝯſecrandi oleū ita cōicari ſacerdotib⁹ ſi/
cut ꝯficiendi corp⁹ xp̄i·q: vn⁹ ep̄s faciliter toti ꝓuincie
pōt vnctōis oleū ꝯſecrare·ſed nō pt̄ q̄tidie in ſingulis
ꝑrochijs miſſaꝫ cantare ſicut decet·cū ille ſit panis q̄ti/
dian⁹ ⁊ cōis oīb⁹·⁊ ſic pꝫ iſtud.

Queſtio iiij d
De forma huius ſacramēti. ⁊ q̄ritur vtrū forma vbi ſit
de eēntia hui⁹ ſacramēti. Et ꝙ ſic videt̄ p̄mo p ritū vlis
eccleſie q̄ vbiqȝ locoꝝ vnctōēȝ tribuit cū benedictōe ſacer
dotali. Itē p̄bat̄ p illud Jaco. inducāt p̄ſbyteros ⁊ orēt
ſup eū vngētes eū oleo. ꝑ p̄mittit̄ orō ante vnctionē. ⁊ vi
detur ꝙ illa ſit de integritate vt vnctio. ⁊ hoc p̄bat̄ p lit
terā ſequētē. orō fidei ſaluabit infirmū. ꝑ efficacia ſacra
menti p̄ncipaliter reſidet penes v̄bum orōnis. Itē hoc
ip̄m videt̄ per ſimile in alijs ſacramētis. q: ſacramenta
noue le. ſanctificāt per verbū vt dicit Hugo. ꝑ pari rō
ne videtur ꝙ iſtud ſacramētū. Itē ſicut in alijs neceſſa
ria eſt intētio. ⁊ iō eſt v̄buȝ etiā artans intentionē. ita et
in hoc neceſſaria eſt intentio. ꝑ pari rōne ⁊ verbi expri
mētis ſiue artātis intentōꝫ p̄latio. Cōtra. oīa ſacramē
ta ex fonte ſacre ſcripture ortū habēt. q: nullū ſacramē
tum eſt in eccleſia. quin deſcribat̄ in ſcriptura. Sȝ hui⁹
ſacramēti forma nūq̄ȝ deſcribitur nec ab euāgeliſta nec
ab ap̄lo. ꝑ ⁊c̄. Itē oīa ſacramēta que habēt formā. eādeȝ
debent habere p totā eccleſiā catholicā. q: variatio for
me eſt variatio ſacramēti. ⁊ ſacramētū debet eē vnifor
me ſicut fides ⁊ eccleſia. ſȝ hoc ſacramētū nō hȝ eandem
formā. nā in eccleſia gregoriana eſt hec forma. per iſtaȝ
ſanctā vnctionē ⁊ ſuam p̄ijſſimā miſc̄diam indulgeat ti
bi domin⁹ quicq̄d oculoꝝ vicio deliquiſti. In ambroſia
na eſt hec. vngo te oleo ſanctificato in noīe patris ⁊ fi
lij ⁊ ſp̄ūſſcti. vt more militis vncti p̄parat⁹ ad certamen
aereas poſſis ſuperare poteſtates. vel ſimilis huic. er
go nō videtur ꝙ aliqua forma ſit ſubſtantialis. Itē om
nes ſacramentoꝝ forme tradite ſunt p orationē indica
tiuā. ſed forma hui⁹ ſacramēti tradita eſt per orōnem de
p̄catiuā. ꝑ nō videtur cōuenienter aſſignata. Aut nō eſt
forma. q̄m ſacramēta no. le. certitudinaliter ponūt ſuū
effectum. ꝑ per orōnem indicatiuā d hȝ exp̄mi nō per de
p̄catiuā. Itē ſm beatū Jaco. oratio fidei eſt illa que ē ne
ceſſaria. ſi ꝑ orō eſt ad deū. ⁊ ad deū oratur meli⁹ gemitu
cordis q̄ȝ voce oris. videtur ꝙ ad iſti⁹ ſacramēti pfectio
nē n̄ opteat aliq̄d exterī⁹ exp̄mi. Querit̄ igit̄ ſi formā hȝ
24 q̄ ſit forma. ⁊ p quē modū. R̄ꝰ. dicēdū ꝙ aliq̄ voluerūt
dicere ꝙ iſtud ſacramētū nō habebat formā v̄bi eēntia
lē ſȝ q̄ ſolū erat de bene eē. ⁊ iō nō fuit exp̄ſſa. nec in eccle
ſia inuenitur vnica ſed diuerſa. Sȝ tamē iſtud nō eſt ſe
cuꝫ dicere. nec ſm textū ſcripture. cū in iſti⁹ ſacramēti i
ſtitutōe maximā vim videat̄ iacobꝰ i orōne ꝯſtituere ⁊
ſibi totā efficaciā attribuere cū dicit. orō fidei ſaluabit.
nō dicit vnctio. Orō aūt fidei d̄r nō ip̄ius inungentis
ſed totius eccleſie in cui⁹ fide admiſtrant̄ ſacramenta. ſi
cut ꝑ in alijs ſacramētis nō ſufficit corde credere niſi ſi
at p̄feſſio in verbo exteriori. ſic intelligenduȝ eſt hoc ꝙ
nō ſufficit oratio mētalis ſine vocali. ⁊ iđo forma verbi
eſt de integritate ſacri. forma inq̄ȝ verbi ſm ꝙ eſt exp̄ſſi
ua orōnis fidei. ⁊ h̄ ꝑpter talē inſtitutionē iſti⁹ ſacramē
ti. Vñ nota ꝙ ē forma v̄bi q̄ exp̄mit actū ⁊ intentionem
iacobi. ⁊ talis ē p modū indicatiuū. ⁊ non eſt de ſacri ne
ceſſitate. ſed cōgruitate. ⁊ hec ī aliquibꝰ eccleſijs habet̄.
ſȝ nō ī romana. q̄ maxime vitat ea q̄ p̄nt eſſe occaſio de
uiandi. Et ē forma q̄ exp̄mit orōem. ⁊ q̄m orō ē p moduȝ
dep̄catiuū. talis forma ē dep̄catiua. ⁊ hec ē de neceſſita
te ſacri hui⁹. ⁊ habet̄ in oībus eccleſijs. q̄m hec tāgitur ī
inſtitutōe hui⁹ ſacramēti. ⁊ quoniā nō exp̄mitur verbū
determiatū ſȝ ſolū oro fidei. ideo nō opꝫ ꝙ ſit vnifor
25 mitas ī verbo orōis. ſed ſolū ꝙ ſit ī ſenſu. Si aūt q̄ras.
q̄re in iſto ſacramēto potius ē orō de eſſentia q̄ȝ in alio
26 R̄ꝰ ꝙ rō p̄ncipalis ē inſtitutio. Si q̄ras rōnē inſtitu
tionis dici p̄t ꝙ hec hȝ rōnē ꝯgruitatis multiplicem.
Prima ē ex p̄te ſuſcipiētis. q̄ p̄pter infirmitatē ē deſti
tutus. ideo orōe ē releuādus. Scđa ē ex p̄te modi curā
di q̄ ē p deuotionē ⁊ eleuationē aīe ad ſp̄ūalia. ⁊ q: qđ
ſup oīa excitat aīam eſt orō. ideo. ⁊c̄. Tertia rō eſt ex p
te morbi. quoniā hic fit remiſſio peccati interueniente
miniſterio ſacerdotis. ⁊ quoniā in remiſſione culpe ſa
cerdos nō ſe habet niſi p modū dep̄cantis. vnde ⁊ ī ab
ſolutōne ſua vtit̄ orōne dep̄catiua. vt ī p̄cedentibꝰ habi
tū eſt. hinc ē ꝙ optime inſtitutū fuit vnctionē nō fieri ſi
ne orōne cui⁹ expreſſio eſt forma ſacramenti. vt oſtēdūt
rationes. His viſis facile ē reſpōdere ad obiecta. Ad 27
illud eni quod obī ꝙ nō habet ortū ex fonte ſacre ſcrip
ture. dicendū ꝙ falſū eſt. vt patȝ. imo ab illo v̄bo btī ia
cobi. oro fidei ſaluabit infirmū. Ad illud qđ obī. ꝙ 28
nō ē eadē forma. dōm ꝙ ſm id qđ ē neceſſariū ⁊ eſſentia
le ſacramēto eandē oportet eſſe. Sȝ forma v̄bi nō eſt ne
ceſſaria rōne vocis exterioris. ſed put ē exp̄ſſiua v̄bi in
terioris. Ad illud qđ obī de orōne indicatiua. dōm. 29
ꝙ nō eſt ſimile de hoc ſacramēto ⁊ de alijs. p eo ꝙ illud
habet aliquā ſpecialem rōnem quā nō habuit aliud. vt
viſū eſt. Ad illud qđ obī ꝙ melius oratur gemitu cor 30
dis. dōm ꝙ in ſacramētis q: ſūt ſigna exteriora nō tātū
ꝯſiderat̄ qđ ē interius ſed etiā ſignū exteri⁹ rōne cuius
habet rationē ſacramēti. ⁊ ſic patet totū. Quāuis enim
aliquis crederet trinitatē. niſi exprimeretur. in baptiſā
do non daret ſacramentū. ⁊ ſic in p̄poſito ē intelligēdū

Conſeq̄nter q̄ntū ad ſecūdū articulū q̄ōnis q̄r.
de hui⁹ ſacri diſpēſatōe. ⁊ circa h̄ q̄rūtur q̄ttuor
Prio q̄r q̄s debeat āmiſtrare h̄ ſacrm̄. Secūdo
cui debeat diſpenſari. Tercio in q̄ membro ſiue loco.
Quarto ⁊ vltimo q̄ciēs. Queſtio j. e
Circa quā p̄cedit̄ ſic. videt̄ ꝙ h⁹ ſacramēti āmiſtratio
ſolis ep̄is cōpetat. p̄mo p ſimile. Sacramētū cōfirma
tōnis qđ hȝ materiā ꝯſecratā. a ſolis ep̄is tradit̄. ꝑ pa
ri rōe ⁊ ſacrm̄ illud. Itē ī moralibꝰ nobilior eſt artifex
eſt vti inſtrumēto facto q̄ȝ ip̄m facere. vñ nobilior ē mi
les q̄ vtit̄ enſe. q̄ȝ faber q̄ facit. ꝑ ſi ep̄s ſolū oleū ꝯſecrat
videt̄ ꝙ ip̄e ſol⁹ hoc oleo inungere debeat. Itē ī natu
ralibus videm⁹ ꝙ eadē vis q̄ p̄pat materiā inducit for
mā. et hoc ſpectat ad rectū ordinē op̄andi. ſi ꝑ gratia et
virtus ꝯformis ē nature. cū ep̄s materiā p̄paret. videt̄
ꝙ ip̄e ſolus ſacramētū cōferat. ⁊ hoc ē in ip̄a vnctione.
Sȝ ꝯ oſtēdit̄ ꝙ extēdat ſe ad oēs. q: v̄bū ⁊ elementū cō
ſtituūt ſacramētū. ſȝ oleū ꝯſecratū p̄t āminiſtrari p ſim
plicē laycū ⁊ etiā v̄bū dici. ꝑ ⁊ ſacramētū miniſtrari.
Itē ꝙ ita debeat eē videt̄. q: illud ē ſacramētū coꝝ. q̄
ſūt ī extremo mortis articulo. ſȝ talibꝰ frequēter nō p̄ōt
ſubueniri p ſacerdotē. ꝑ videt̄ ꝙ ſaltē p laycū eis ſbueni
ri poſſit. Itē h̄ oñdit̄ exēplo. q: legit̄ ī legēda ſcē geno
uefe ꝙ ip̄a inungebat oleo īfirmos ⁊ curabat eos. ꝑ vī
ꝙ h̄ ſaltē ſpectet ad viros ſctōs. R̄ꝰ. dōȝ. ꝙ h⁹ ſacri di 31
ſpēſatō ex officō ſpectat ad ſacdotes. ⁊ illđ ꝯfirmat au
ctoritas ⁊ rō. Ar Jaco. v. d̄r. īducat p̄ſbros. ⁊c̄. ⁊ orent
ſup eū. Rō. q: cū h⁹ ſacri materia ſit oleū ꝯſecrū. nō dȝ
āminiſtrari nec ꝯtingi niſi ab eo q̄ hȝ man⁹ ꝯſecratas.
⁊ talis ē ſacerdos. iō nō ſe extēdit ad oēs. Nec ad ſolos
ep̄os. q: cū h̄ ſit ſacrm̄ p̄iclitātiū q̄ nō p̄nt adire p̄latos
ſȝ magiſ ecōuerſo. opꝫ multos p̄re. Sȝ a ſolis ep̄is da
ri dȝ. iō diſpoſuit ſp̄ūſſc̄i⁹ ꝙ vnguētū nō ſolū eēt in ca
pite vel in barba aaron. ſed etiā deſcenderet vſqȝ ī orā
veſtimēti. ſcȝ vſqȝ ad inferiores ſacerdotes. Nec ſoluȝ
ſumitur ratio a parte vnctionis. verumetiā a p̄te orōi

nis·qm̄ ei officiū mediatōis ſacerdotib⁊ cōpetit·ſic cō/
petit offerre dona ⁊ ſacrificia p̄ pctis·nec ſolis epīs·nᶜ
etiā laycis·ſ; etiā diſpēſatio hui⁹ ſacri·cui⁹ efficacia p̄n
cipalr̄ ꝯſiſtit in orōne fidei·cui⁹ eſt ſacerdos ⁊ miſter ꝺ
32 rōne ſui officij· ¶Ad illud qꝺ obᵣ de ꝯfirmatiōe·dꝺ·ꝙ
nullo mō eſt ſile·Primū·q: ꝯfirmādi p̄nt adire epm̄·n̄
ſic inungēdi·Preterea manuū ipoſitio ſolis aplīs cō/
petebat·ſ; infirmoꝝ curatio vſq; ad alios diſcipulos
deſcēdebat·at ſacrm̄ ꝯfirmatōis ē ſacrm̄ ipoſitiōis ma/
33 nuū·ſacrm̄ vnctōis ē ad curatōꝫ ordinatū· ¶Ad illud
qꝺ obᵣ ꝙ in moralib⁊ nobilius ē vti inſtrumēto ⁊c·dꝺꝫ
ꝙ illud neceſſitatē h; vt plurimū i moralib⁊·Et rō hui⁹
eſt qm̄ grad⁹ dignitat' eſt i eis ſm̄ ordinatōꝫ ad finē·et
vtens inſtrumēto imediatiꝫ ē opans q; fabricās·ſ; in
hijs opib⁊ eccle ē grad⁹ ſm̄ cōpatōꝫ ad primū p̄ncipiū·
ex q̄ fluit totū regimē ⁊ opatio in corpe eccle·⁊ iō virt⁹
prior ſupiorē·Vn̄ ſupior eſt epꝯ q: ordinat ſacerdotē ad
celebrandū·q; ipſe ſacerdos q̄ celebrat·ſic i p̄poſito ē in/
telligēdū·Preterea nō eſt tāte virtutis oleū ꝯſecrare ſicᵗ
infirmos inungere·Primū ei ſufficiēter potuit fieri ab
vno·ſcōm vo mīme·iō voluit ſpūſſctūs ſcōm mag' cō/
34 municari q; primū· ¶Ad illud qꝺ obᵣ ꝙ eiuſdē eſt for/
mā inducere cui' ē materiā p̄parare·dꝺm ꝙ ver; ē de for
ma q̄ pficit illā p̄paratōꝫ·ſicut faber fabricādo ferrū in
ducit formā enſis·ſic epꝯ qn̄ bn̄dicit inducit ꝯſecratōꝫ
ſ; ppt' h̄ nō oportet ꝙ illo oleo vtat' ſicut nec faber enſe·
35 ¶Ad illud qꝺ obᵣ ꝙ v̄buꝫ ⁊ elemētū faciūt ſacrm̄·dꝺ·
ꝙ ver; ē in aliq̄b⁊ ſacris q̄ꝝ diſpēſatio oīb⁊ ē cōmiſſa·ſ;
nō eſt ver; in oīb⁊ vt in euchariſtia·⁊ ſic intelligēdū de
36 vnctōe extrema· ¶Ad illud qꝺ obijcit' de extremo mor
tis articulo·dꝺm ꝙ deuotio pt ſupplere abſentiā ſacer/
dotis·⁊ iō nō eſt neceſſe oībus cōmitti·maxime cū ſacer
dos ſatis de facili poſſit adeſſe·niſi abſit p̄pter negligē
37 tiam infirmi· ¶Ad illud qꝺ obijcit' de ſctā genoueſa·
dꝺm ꝙ ſicut ſupra habitū eſt ꝙ quidā abſoluerūt meri
to·quidā ex officio·Sic intelligēdū eſt in p̄poſito·Vn̄
ſicut ad ſolos ſacerdotes ptinet abſoluere·tn̄ viri ſan/
cti frequēter impetrāt vite merito·qꝺ alij faciūt ex offi
cio·ſic et in vnctōe intelligendū eſt·

¶Queſtio ij f

¶Cui debeat ſacramētū iſtud dari·⁊ ꝙ ſolis infirmis
videt' p illud qꝺ dr̄ Jaco·vltimo·infirmat' q̄s in vobis
inducat p̄ſbyteros·g̃ illis indicit' ꝙ p̄ſbyteros inducāt·
et hoc videt' maxime p litterā ſequētē·oratio fidei ſalua
bit infirmū·Ite; ꝙ ſolis rōne venialiu̅ oſtenditur p textū
cū dicit'·inducat p̄ſbyteros·⁊ poſt·ſi in pctis fuerit·ſi
ergo peccare ⁊ in pctis eſſe ē p̄priū adultoꝝ ⁊ rōne vtē/
tiū·videt' ⁊c·Itē ꝙ ſolis in piculo mortis exn̄tibus vi/
detur p ipam denoīationē q̄ dicit' vnctio extrema·g̃ ſo/
lis in extremis debet dari Contra·ꝙ nō ſolis infirmis
debeat dari videt' p ipam glo·q̄ dicit infirmat' quis in
vobis mente ⁊ corpe ſc; vel fide·ergo nō ſolū infirman
tibus corpaliter ſ; etiā infirmantib⁊ ſpūaliter debet da
ri Itē vnctio hec debet dari appropinquātib⁊ ad mor/
tem ⁊ exn̄tib⁊ in piculo mortis·Sed q̄ ingredit' iuſtum
bellum in piculo mortis eſt·ergo ⁊c·Itē ꝙ nō ſolis rōe
vtentib⁊ videt'·q: nō ſoli tales infirmant'·ſed etiā alij q̄
indigent alleuiatione vt pueri ⁊ ſtulti·ergo videt' ꝙ de
beat eis hoc ſacramentū dari·qꝺ eſt vnctio infirmoꝝ·
Itē hoc p̄bat' ex textu in quo dicit'·infirmat' q̄s i vobis
quis tenet' infinite·ergo q̄cunq; infirmat' dꝫ inungi·
¶R⁹·dꝺm ꝙ hoc ſacramētū eſt principalr̄ ad venia/
38 lia delenda ſm̄ ꝙ p̄nt ꝯuenientē recipe effectū·et per h̄
eſt in alleuiationē aīe aggrauate a corpe corruptionem
habente·⁊ ideo iſtud ſacramētū dꝫ dari ſolis infirmis
qui peccare potuerunt venialr̄·et hijs p̄ut ſunt in arti
culo mortis·ſi eīm̄ poſſunt a culpa veniali liberari con
uenienter et ſufficiēter·et hoc innuit' in ipo textu·ſtat⁹
inq; infirmitatis·Et hoc eſt ꝙ dicit'·infirmat'·Pericu
lum in hoc ꝙ dicit' q̄s·q̄ſi diſcretiue ⁊ notabiliter ⁊ gra
uiter·ita ꝙ deficit v̄tus nature et auxiliū medicine·Di
ſcretio v̄o rōnis in hoc ꝙ dicit' inducat p̄ſbyteros·Et
ite; in hoc qꝺ ſubinfert·ſi in pctis fuerit remittent' ei·
Concedēde igit' ſunt rōnes mōſtrātes hoc ſacramētuꝫ
dari debere ſolis infirmis rōne vtētib⁊ ⁊ in piculo mor
tis exn̄tib⁊· ¶Ad illud qꝺ obijcit' de glo·dꝺm ꝙ iſtud 39
intelligit' vel ſubdiſiūctiue·nec excludit' infirmitas cor
poralis ſed p̄ſupponit'· ¶Ad illud qꝺ obijcit' de hijs q̄ 40
intrant iuſtū bellū·dꝺm ꝙ ⁊ ſi tales ſint in piculo mor
tis ſm̄ fortunā·nō tn̄ ſm̄ naturā·Sacramēta aūt eccle
ſiaſtica nō fortunā ſequunt' ſed naturā reſpiciūt·Si tu
obijcias de illo q̄ dānatus ē per ſniāꝫ·dicendū ꝙ talis
infamis eſt in facie eccleſie·etiā ſi ſm̄ v̄itatē nō habeat
culpa·⁊ ſic p; rō illa· ¶Ad illud qꝺ obijcit' ꝙ alij indi/ 41
gent alleuiatōe·dicendū ꝙ ad h̄ principalr̄ ſacramētū
iſtud nō ordinat'·ſicut p; in ipa forma·ſ; ad peccatoꝝ
remiſſionē·que p ſenſus exteriores p̄petrata ſunt·⁊ iō
nō dat' infantib⁊ nec naturaliter ſtultis ¶Ad illud qꝺ 42
obijcit' de hoc noīe quis·dicenduꝫ ꝙ magis diſcretiue
tenet' q; infinite·Et ſi tu obijcias ꝙ talis mod⁹ nō cōpe
tit illi no'·dicendū ꝙ falſum eſt·quia talis modus an/
nexus ē mō accipiendi interrogatiue·

¶Queſtio iij g

¶In quo loco debeat fieri vnctio·Et ꝙ totū corp⁹ de
beat inungi videt'·qm̄ talis vnctio aut eſt ꝯtra infirmi
tatē corpalē·aut ꝯtra īfirmitatē ſpūalē·Si ꝯtra corpa/
lem·cū ergo mortalis infirmitas p totū corpus diffuſa
ſit·totū debet inungi·Si ꝯtra ſpūalem·ſed ſpūalis in
firmitas nō ꝯcernit aliquā ptem determinate·ergo ⁊c
Item vnctio ſacramētalis ſignat vnctionē gratuitā et
ſpūalem q̄ eſt in anima·ſed aīa eſt in qualibet pte corpo
ris tota·ergo ⁊c·Item vnctio deuotiōis reſpicit aīam
ſm̄ potentiā intellec tuā·ſed illa nulli⁹ ptis corpalis eſt
actus·g̃ nulla ps corpis determinate dꝫ inungi·g̃ totū
corp⁹ inungendū eſt·Item cū quis purificatur ab ori/
ginali totus imergit' ſi ſit aqua ſufficiens·g̃ ſilr̄ ſi oleuꝫ
eſt ſufficiens totus videt' inungend⁹·Sꝫ ꝯtra Math·
xv·de corde p̄cedunt cogitatōes male·furta ⁊c·ſm̄ illꝺ
oīa peccata ex corde p̄cedūt·g̃ ad deletionē peccatorum
ſignandā ſufficit locū cordis inungere·Itē vnctio ꝯfir
mationis in vnica parte ſola fit ſc; in fronte·g̃ pari ra/
tione ⁊ ibi vnctio hui⁹ ſacramēti·Itē ſi in pluribus pti
bus diſtincte·ergo plures ſunt vnctiones·ergo plura
ſunt ſacramēta·Pes eīm̄ ⁊ manus ſpecie differūt ſm̄ na
turam organizationis·Item ſi diuerſis ptibus debꝫ fi
eri inunctio·cum ꝯtingat frequēter multa membra cor/
poris amittere ex ſola egritudine·videtur ꝙ egritudo p
fruitione ſacramenti faciat carere·quod nō eſt conuᵉ
niens·queritur ergo que membra debeāt inungi·⁊ vtrū
mutilata debeant inungi· ¶R⁹·dicendum ꝙ in talib⁹ 43
vt ſepe dictū eſt finis imponit neceſſitatē hijs qui ſunt
ad finem·qm̄ iſtud ſacramentū principaliter ordinatur
ad venialiū deletionē·ſm̄ ꝙ ex textu beati Jacobi inue/
nitur·⁊ venialia ppetrant' ab aīa ſm̄ mutationē ipi⁹ ad
carnem corruptam·⁊ hoc eſt p potētias p quas vnitur
corpori vt organico·ideo recte in deletione talium pec/
catoꝝ debet medicamētū exterius adhiberi ſm̄ id ꝙ ha/
bet ſenſibile circa organa ipſarum potentiaꝝ·Eſt autē

triplex potentia aīe ſ͠m quā regitur corpus ⁊ erudit̄ ⁊
nutritur ſ͠m quā ad exteri⁹ cōparatur.ſ.ſenſitiua.gene/
ratiua.⁊ ꝓgreſſiua.⁊ ideo organa iſtarū potentiarū de
bent inungi. Et qm̄ qnqꝫ ſūt organa deſeruiētia quinqꝫ
ſenſib⁹.ſcꝫ.os.ocl'i nares aures.⁊ man⁹.⁊ lūbi deſuiūt
generatiue.pedes ṽo virtuti ꝓgreſſiue.⁊ ideo iſte ſep/
tem ꝑtes inungūtur.⁊ ſic patet ꝙ nec totū corpus debꝫ
44 inungi nec vna ꝑs determinata. ¶ Ad illud qḋ obijcit̄
de infirmitate ſpūali ꝙ nō determinat partem. dicen/
dū ꝙꝫ verū ē ꝙ nō determinat ꝑtem in qua ſit.verūtamē
determīat ꝑtē ꝑ quā cōtrahitur.⁊ per hoc patent duo
ſequētia de aīa ꝙ eſt in qualibet ꝑte corpis ⁊ de poten
tia intellectiua.qm̄ et ſi aīa ſ͠m eſſentiā ſit in qualibꝫ ꝑ/
te corpis tota.⁊ ſ͠m potentiā intellectiuā ꝑtem determi
natā corpis nō cōcernat.tamē ſ͠m potentiā ſenſitiuam
⁊ operatiuā determinat ſibi aliquas ꝑtes corpis orgāiza/
tas in quib⁹ delectatur.⁊ ſ͠m quarū delectatōes diuer/
ſa incurrit peccata. ¶ Ad illud qḋ obr̄ de baptiſmo di
45 cendū ꝙ nō eſt ſimile pro eo ꝙ in originali tota caro fe/
datur.ſed in venialis peccati cōmiſſione aliqs act⁹ ſpe
46 cialis potētie cōcernitur. ¶ Ad illud qḋ obr̄ in oppoſi
tū de corde.dōm ꝙ et ſi de cordis affectu peccant oīa
47 tamē ꝑ diuerſas potētias ſubminiſtrantes. ¶ Ad illḋ
qḋ obr̄ de vnctōne confirmatōis.dōm ꝙ nō eſt ſimile.
ꝓ eo ꝙ illa eſt ꝯ puſillanimitatē ⁊ verecūdiam determi/
nate.ſed hec ꝯ venialia pctā que reſpiciūt actus oīꝫ po
tētiarū. ¶ Ad illud qḋ obr̄ ꝙ ergo plura ſūt ſacramēta
48 dicēdum ꝙ ille ꝑtes nō inungūtur niſi ꝓut concurrunt
in vnū cui deſeruiūt.⁊ ſ͠m cuius nutū mouent̄.⁊ ideo
q: vnctio ē in his ſ͠m vnā naturā ⁊ ꝑ cōparationē ad
49 vnū.ideo vnū eſt ſacramentū. ¶ Ad illud qḋ obijcit̄ ḋ
illis qui ꝑdunt hec membra.dicendū ꝙ ꝗuis ſūt muti/
lati.tamen debent inungi. Et ſi tu obijcias ꝙ eſt impli
catio falſi in forma.dicendū ꝙ falſum eſt.quia ceci li/
benter vellent videre.⁊ ſurdi auditū deſiderāt.ꝗuis n̄
audiant.⁊ ideo recte debent in talib⁹ membris inungi.
quia ꝑ talia membra aut peccauerūt.aut peccare volue
50 rūt ſaltem veniali appetitu. Si tu queras.cuꝫ ꝑ mēbra
genitalia maxime culpa in hominibus ꝯtrahatur ſiue ꝑ/
petretur venialis ⁊ mortalis vt quid non inunguntur
dōm ꝙ hoc eſt ꝓpter feditatē membri ꝓpter quam na/
tura rōnalis erubeſcit nō ſolū tangere ſed videre.ſꝫ qḋ
plus ē nomiāre.⁊ amplius erubeſcit cogitare.⁊ idō ab
ſit ꝙ oleū ſcm̄ debeat ibi apponi ſed loco illoꝝ membro
rū inungūtur lumbi. Credo etiā ꝙ cōpatitur verecūdie
infirmoꝝ.q: nemo ē rōne vtens q̄ non erubeſcat mēbra
illa alijs demōſtrare.immo ipſemet erubeſcit videre.

¶ Queſtio iiij. b.

Quotiens debeat hoc ſacramentum dari.⁊ qr̄.vtꝝ de
beat iterari. Et ꝙ nō videt̄ primo.quia nulli ſacramēto
facienda eſt iniuria.ſed q̄ iterat ſacrm̄ facit ei iniuriam
ergo ⁊c. ¶ Itē ꝑ ſimile videtur.q: vnctio epiſcopal' ſi/
ue confirmatōnis non iterat̄.ergo nec vnctio extrema
iterari debet rōne cōſimili. ¶ Itē hoc videtur ꝑ deno/
minationē.q: dr̄ vnctio extrema.ſed vnius hoīs vna
eſt mors ⁊ vnū extremum.ergo tm̄ ſemel debet inungi.
¶ Contra quotiens iteratur morb⁹.⁊ medicina.ſed tā
morb⁹ ſpiritualis ꝙꝫ corpalis iteratur.ſ.veniale pecca/
tum.⁊ corpalis infirmitas.ergo ⁊c. ¶ Item aliqs q̄ eſt
in periculo ſ͠m humanū iudiciū ⁊ opinionē medicoꝝ
eſt inungendus.q: ꝓſumit̄ ꝙ laboret in extremis. Si ḡ
ille idē i extremis alš laborare pt̄.vr̄ ꝙ inungi dꝫ. Iux/
ta hoc queritur.ſi aliquis ſacerdos incipit inungere.⁊
in inunctōne deficit.vtrū debeat a capite incipi vel ꝑ/
fici. Et iterū.vtrū aliqs in eadē infirmitate debeat bis
inungi.vtpura in infirmitate incurabili. ¶ R°.dōm.
ꝙ iſtud ſacrm̄ ſicut innuitur apte in lr̄a.⁊ debet ⁊ pt̄ ite/
rari. Si aūt querat̄ rō huius.dōm ē ꝙ generalis ratio
quare ſacrm̄ nō debeat iterari ē.q: effect⁹ eius ē perpe/
tuus q̄ nō iteratur.vnde caracteris impſſio nō ē genera
lis ratio.ſed poti⁹ effectus ꝑpetuatiō.vnde exq̄ panis
ſemel conſecratus ē non debet amplius conſecrari.ꝙꝫ/
uis nō imprimatur ibi caracter.⁊ ſimiliter oleū bn̄dictuꝫ
non debet amplius benedici.ſiue cōſecratum non debꝫ
amplius conſecrari. Quoniā igit̄ in vnctōne extrema
nō imprimitur nec datur effectus ꝑpetuus maxime ſi hō
ab infirmitate reſurgat.ideo ſecūda operatio ſacramē/
ti neceſſaria ē.⁊ ideo iterari pōt ⁊ debet medicina abſqꝫ
aliqua ꝯtumelia ſacramēti. ¶ Ad illud ergo qḋ obijci/ 51
tur ꝙ ibi fiat iniuria in iteratōne.dōm ꝙ hoc veruꝫ eſt
qñ iteratur ſacrm̄ ⁊ nihil nouū efficitur.hoc aūt i ꝓpo/
ſito nō habet locū. ¶ Ad illud qḋ obr̄ de vnctōne ꝯfir/ 52
matōis.dōm ꝙ non ē ſimile.q: ibi ē effectus caracteris
qui eſt ꝑpetuus.ꝓpter quem amplius ſacramentū ite/
rari nō debet. ¶ Ad illud qḋ obr̄ de denomiatōne dicē 53
dum ꝙ vnctio extrema ē dupliciter. Aut ſcḋm verita/
tem.aut ſ͠m nr̄am opinionē. Primo mō nō iteratur.ſꝫ
ſecundo mō ſic.⁊ ita frequenter accidit multos inungi.
¶ Ad illud quod queritur ſi ſacerdos deficit vtꝝ ſit in 54
iciandū. Dicendū ꝙ potius ē ſupplendum quod incho
atum ē.ꝓ eo ꝙ quelibet vnctio ſpecialē habet formam.
ſicut patet aſpicienti.attamē generaliter conuenerunt
in remiſſione peccati. ¶ Ad illud quod querit̄ de infir 55
mitatibus ꝓlixis.aliqui volunt dicere ꝙ poſt annum
iterari pōt ꝓ eo ꝙ completa eſt reuolutio corpoꝝ ſupe/
riorum. Sed abſurdum valde videt̄ ſacramēta regula/
ri ſcḋm motum aſtroꝝ.⁊ ideo poteſt aliter dici ꝙ null⁹
in aliqua infirmitate inungēdus ē.niſi cum ꝓſumit̄ ad
exitum appropinquare.⁊ hoc eſt ex infirmitatis aggra/
uatōne.quem ſtatum natura diu ſuſtinere non poteſt.
imo aut vincit aut vincitur.ſi ergo infirmus nō moria
tur ſed diutius viuat.⁊ ſi nō ꝑfecte curetur.curatur ta/
men aliquo mō ab intenſione morbi.⁊ ideo venialia re
dire poſſūt.⁊ iteꝝ infirmitas corpalis aggrauatur.idō
pōt ⁊ debet ſacramentū vnctionis iterari.⁊ ſic patet re
ſponſio ad obiecta.

¶ Diſt. xxiiij. de ſacro ordinis ꝗ̄tum ad ea que ad illud diſponunt.

Nunc ad ꝯſideratōꝫ ſacre ordinatōis accedam⁹
Hec ē ſexta ꝑs in q̄ de ſexto ſacramēto agitur.
Poſſet tamē diuidi cōtra totā ꝓcedētē. In pce/
dētib⁹ eni egit de ſacris q̄ reſpiciūt determinatā ꝑſonā.h
agit de his q̄ reſpiciūt multitudinē eccleſiaſticā.⁊ ꝓmo
de ordine.ſecūdo de mr̄imonio. Qualitercunqꝫ diuida
tur ⁊ ordinetur ꝓdicta ꝑs.iſta in qua agit de ordinis ſa
cramēto duas hꝫ. In ꝓma eñi determīat de ipſo ſacro
In ſecūda de diſpenſatōne hui⁹ ſacri.ifra.diſt.xxv.ſo
let etiā q̄ri ſi heretici ab eccleſia ꝓciſi.⁊c. Prima ꝑs du/
as hꝫ. In ꝓma determīat de his que diſponūt ad ordi/
nē.ſ.bona vita ⁊ tōſura. In ſcḋa de ipſis ordinib⁹.ibi.
Hoſtiarij ṽdē ⁊ ianitores ſūt.⁊c. Prima ꝑs diuidit̄ in
duas. In ꝓma oſtendit cū ſeptē ſint ordines ꝓpter ſig/
nandā ſcꝫ grām ſepti formem.ꝙ nemo digne accipit or
dines q̄ nō eſt i grā.⁊ hec ē diſpoſitio interior. In ſecū/
da ṽo determinat de diſpōne exterioꝛi q̄ q̄dē eſt tonſu/
ra.ibi. In hoc igit̄ ſacramento ſeptiformis.⁊c.